



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 8. Duellantium talio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

*Cur tetigit nasum, quem funditus abstulit
illi?*

Nasutus nimium Zurvickius. antè fuit.

§ VIII.

Duellantium talio.

Hæc talia militibus diligenter sunt inculcanda, quibus iocus est, in Diuos dicta iacere; quos qui contemnit, in cælo non videbit. Neque putent verba sua dumtaxat ad aures Iudicis venire; vulnera autem ignorari. Omnes ictus iniquos & spectat, & numerat diuinus oculus, & verò etiam, in tempore compensat. Memini virum fide dignum, in Principis mensa narrasse, Anno Christi 1633. Eluaci, se præsentè, infesto S. Thomæ Apostoli, super mensam, dum alij alia glorianter jactarent, Capitaneum quemdam Suedicum, cum sarcasmo professum esse, *se octo animas habere in conscientia sua, à se occisorum*. Permissus est hoc dicere; vt constaret de iudicio Dei, quo, eo adhuc ipso die, ipse quoque cultro interfectus est; vtque à singulis cum animabus accusatum constaret, octo lethalia vulnera accepit. Hoc postquam ita vt dixi, relatum est, subiunxit alter, Parisijs aliquando duellatorem captum, atque ad gladium damnatum,

natum, cum decem validissimos ictus ceruice excepisset, & carnifex obstupescens exclamasset: Mirum, me, qui tot vno ictu expediui, hunc vnum non posse capite plerere, tot plagis faucium vicissim exclamasse: Duo adhuc ictus à te mihi inferendi sunt, quia ego duodecim duellis, duodecim homines interemi. Quod & factum. Ne putate, ô milites, eum qui vno delicto vel huius, vel alterius vitæ mortem commeruit, de cetero impunè peccaturum. Omnia peccata exactissimè numerantur. *In qua*

mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

Quod si autem militi vnus hominis iniusta mors, vel complura duella ad mensuram computantur; quid illi erit expectandum, qui, per iniustum bellum, tot mortalium millia in exitium trahit? nec iam homines, sed ciuitates integras, integras prouincias, integra regna & imperia mutilat, affligit, extinguit? Sed quantum sit malum, aut cur

Deus hoc tantum belli malum iustissimè permittat, propriam exigit

disputationem.

Collegii Societatis Jesu Paderborn:

Omnia ad maiorem DEI gloriam.

X 3

INDEX

Matthi 7^o

2.

Marc. 4.

24.

Luc. 6, 38.